

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**D. Adami Rechenbergi Consensus Orthodoxus Cum Verbo
Dei, libris Symbolicis & probatissimis Theologis gnēsiōs
Lutheranis, inprimis Saxonici antiquis, De Gratiae
Divinae Termino, oppositus Malevolorum ...**

Rechenberg, Adam

Lipsiae, 1701

Animadversio

urn:nbn:de:bsz:31-105727

(24)

GRATIAM; unde illa desertio a Damasco I. II. c. 29. vocatur
παρεντική vel CORRECTIVA, hec διογνωσική vel DESPERATI-
VA &c. Quid gratiae ergo penitus induratis hic remaneat, nunc
ārtulēyentes ex Sacra Scriptura edisserant, ut quid velint, intelli-
gamus.

D. Franzii verba, quae obvertuntur allegatae assertioni tan-
torum Theologorum non obstant. Quae enim conversio diffi-
cillima & periculosisima est, illa a parte contumacium sēpissime
etiam, stylo Scripturæ, est impossibilis, Matth. XIX. 26. Hebr. VI. 4.
vid. Epist. ad Rōm. p. 42. Addit quidem Franzius, de verbo
semper talibus relicto: At Hulsemannus comment. in c. V. 24. 25.
Jerem. de induratis scribit: Nee ulla verbi divini tractatio apud
homines peccatis immersos amplius valet, Proverb. XXIII. 34. 35.
Induratis Judæis etiam Dei verbum audire dabatur, Job. XII. 39.
seq. & tamen ob excoecationem credere non poterant. v. Matth.
XIII. 13. sqq. Quin Deus sāpe etiam induratos subtractione verbi
punit, & candelabrum suum de loco movet, ut supra ex Form. Con-
cord. artic. XI. p. 818. probatum est.

QUEST. V.

Utrum peccatores in Spiritum S. ob Dei decretum, utrum
vero ab eventu inconvertibiles sint?

Affirmat (Compilator ait) prius Rechenbergius, im deut-
lichen Vortrag §. 34. Die Sünde wider den Heil-
Geist kan nach Gottes vorhergehenden definitiv-
Sentenz nicht vergeben werden.

Animadversio.

UT Sophistice hic Compilator quæsivit, meaque verba mali-
gne pervertit; ita se doctrinam de nominato peccato, ex or-
thodoxis nondum didicisse prodit. Hulsemannum ego secutus,
scripse-

L.III. l. 3. v. 10
vel DESPEL.
ac remaneat, ut
uid velim, null
gar assertum
im conversio si
macium sapient
XIX. ad. Hebr.
franzous, de m
ent, in c. V. sc
ini tractati
erb. XXIII. p
atur, Job. III
terant. v. No
abstractione u
praes. Forma
idecreta
enbergen, in
de widerber
schenden, am
meaque reha nac
minato peccato, cu
emunatum egi fons
fons
scripseram, quod peccatum in Spiritum S. ex decreto vel ex sententia definitiva Dei sit irremissibile; ipse vero mihi fraudulenter affingit, ac si OB vel PROPTER (um) oder wegen Gottes definitiv-sentenz irremissibile foret; ut adeo causa ejus, sit ipse Deus. Aliud vero est, EX Decreto, & aliud, OB Decretum Dei, peccatum istud dicere irremissibile, quod particularum discrimen pueri norunt. Cæterum mea assertio in B. Hulsemanni Vindic. Script. S. per loca Classic. artic. XXIX. p. 97. extat. Peccatum in Spiritum S. inquit, esse irremissibile non tantum de facto, sed etiam NB. ex decreto Dei peremptorio & irrevocabili, et si non absoltuo, sed fundato in præexistente conditione. Si enim eventu tantum esset irremissibile, a reproborum impenitentia finali non differret. Nisi id in scholis Theologorum orthodoxorum notissimum foret, ex D. Feuerbornii tractatu de Peccat. in Spiritum S. & Scherzeri Disput. de hujus peccati irremissibilitate, plura adponere argumenta & testimonia possem, quæ verbis e Balduino adductis repugnare videntur. Sed Balduinus Disput. VII. in Epist. ad Hebr. cap. VI. fol. 1589. mentem suam satis declaravit, quod conversionem ejusmodi peccatorum ipse agnoscat impossibilem, impossibilitatem, ut ipse loquitur cause; quia nimurum peccatum illud adjunctum habet indurationem & finalem impenitentiam perpetuamq. obstinationem & pervicaciam, quam tandem finalem interitum sequi necesse est &c. Ubi vero talia adjuncta sunt, aditus ad penitentiam utique, sed ex vitio peccantium præcluditur, quod in Theologia notissimum est.

QUÆST. VI.

Utrum Deus gratiam suam in auscultatione verbi salutaris necessariam contumacibus peccatoribus subtrahat eosq; deserat?

Respondet Compilator: Affirmat questionem disertis verbis Rechenbergius in Diatribe Lat. §. 41.

D

Anim-